

INTRODUCTIO

234

PRÆFATIO
propofitione

Ad erudicandos pueros & igno-
rantes in doctrina Chri-
stiana & Via
domini dñi.

Prædara fidei Agnoscant
Rudimenta

Florentia
iuxta Archiepiscopale
1568

Al.

MODVS docendi vitam Christianam,
pueros puerum & puellas. In quo
continentur omnia ea, quae quicvis
fidelis Christianus scire & obser-
uare debet. Ex sancto Evan-
gelio & sacris Canonibus in
forma dialogi desumptus,
cum multis proclatis oratio-
nibus. id quod tu ipse le-
gendo deprehendes.

EXHORTATIO.

Officium parentum primum esse debet, ~~est~~ liberos suos,
priusquam illis ad scholas ~~adducantur~~ aut ^{ad} artem al-
quam addiscendam ablegent, ~~quamprimum~~ loqui inci-
piunt, & parentum potestate perhibent, in timore Dei eru-
dire, & quod ipsis faciendum sit indicare. Quod si
parentes ignorant, accedere debent cum filiis
patres spiritualiter, quales sunt presbyteri, qui
habent curam animarum, & hoc officio tenentur
docere viam paradisi ~~per~~ exemplo ~~per~~ ^{non} ~~per~~ ^{non} ~~per~~ ^{non}
aut certe quocumque alio religioso ~~per~~ ^{non} ~~per~~ ^{non}
laicum, qui sciat & velit Dei nomine tantum curis
in docendo cubare. Idque singulis diebus, aut saltem
~~per~~ festis ~~per~~ faciendum erit. Dies enim festi
honori diuino ~~dicantur~~, & saluti animarum restant,
~~per~~ ~~per~~, non nugis, fabulis, ludis, choris,
& similibus peccatis, debentur. Ne inuicem trutemur

more, sed recordemur Christianos nos esse, & baptis-
mata lustrator, quod parum tamen nobis ²³⁵ ~~proderit~~, nisi
qua facienda sunt & addiscenda faciamus &
addiscamus. Quod si ^{causam} corporis, tantam curam gerimus,
paulo post a veribus deponendi: cum non longe
maiorem curam gerimus animis ~~attenti~~ videtur, &
quod bene ~~et~~ malique factis premium accipitur.
Ergo singulos exhortor, ut hunc libellum legant,
in quo breviter omnia ea ~~quae~~ sciri debent conti-
nentur, & modus elegans traditur erudicendi liberos.
Quod si patres spiritaliter, aut quibus alij, hoc
charitatis ~~onus~~ ^{onus} suscipere volunt, hunc libellum
sequi poterunt, ut eo minus errent, & fidelius
doceant res ~~quae~~ sciri ~~necessarias~~ sciri necessarias:
atque ad eo memoriter ediscendum curent, non
sicut ac oratione dominica. In singulis vestibus,
villis, domibus, ecclesiis tales libellos &
habere & quotidie aut saltem die festo perlegere
operetur. Quod si quis peccata ^{sua} confiteri
velit, ex hoc libello methodum revocandi ea in
memoria, & quod factis quod amissum sit cognos-
cendi, atque denique recte confitendi dicitur.
Nos ego omnes, ~~et~~ Episcopos, ~~et~~ Parochos, Rector-
golos, quosque curam habent animarum, ludis
magistros insuper, discipulos & doctores, ut ex chari-
tatis officio ~~debeat~~ & vosmetipsi doceatis
& per alios doceri curatis ea omnia quae in hoc
libro continentur, ad honorem & gloriam Dei, &

salute vestra atq; peccatorum. Proclaret enim Christus cap.
s. Matth. Quicumque, inquit, res attigerit unum
de mandatis hisce minimis, & non homines ita
docuerit, minimus vocabitur in regno caelorum. At
q; fecerit & docuerit, sic magnus vocabitur in
regno caelorum.

VALETE & ORATE p[ro] me peccatore.

IN NOMINE domini nostri Iesu Christi
ORDIAMUR.

HAECLINE quae omnes scire debent.

- I Signum sanctae crucis. †
- II quid sit fides.
- III Volu & Ignis deo facta in baptismo.
- IIII Articuli fidei, hoc est, Credo.
- V Oratio dominica, hoc est, Pater noster &
Ave maria.
- VI Duo praeccepta legis naturalis
- VII Decem praeccepta legis scriptae.
- VIII Duo praeccepta legis gratiae
- IIII Decem praeccepta legis Canonicae
- X Septem Sacramenta Ecclesiae
- XI Opera misericordiae spiritualia & Corporalia
- XII Septem peccata Mortalia
- XIII Septem dona spiritus sancti & peccata in eundem
- XIIII Tres Virtutes Theologicae
- XV Quatuor Virtutes Cardinales
- XVI Quinq; status Corporis
- XVII Tres potentiae animae
- XVIII O Es oblationis
- XIIII Quae sint necessaria ad bene Baptizandum & qui sint qui
Baptizare possint.

MAGISTER AD DISCIPULUM

Quantumvis multi sint, qui uariant in faciendo signo sanctae crucis, illos tamen res non damno, modo uerba ipsa recte expriment, & signum crucis probe effingant. Indicabo tres Modum faciendae crucis, qui mihi optimus esse videtur, & quidem a multis sanctis hominibus & nunc & olim, descriptum & uicua uoce & pulpato declaratum suo, Ea tamen lege ut in omnibus me subiiciam & correctioni sanctae Ecclesiae & meorum superiorum, si qua in re aberrarem. Modus igitur talis esto, manum dextram fronti admoventis, dicam in nomine Patris, hinc descendam ad ventrem, & dicam, et Filij, mox a sinistro humero ad dexterum ducendo manum dicam, et spiritus sancti, Tandem medio pectori, et dicam Amen; Deq; utro bar magno curant mysterio, quemadmodum enim caput est principis membrum corporis, & reliquorum membrorum, ita Pater est principium omnium creaturarum, Venter denotat nobis Jesum Christum descendentem ab aeterno Patre, & incarnatum in utero uirginis Mariae, Sinister humerus mundum praestantem, & vitam hanc calamitosam, Dextera uero vitam beatam, sic enim Christus hunc mundum a sinistris reliquit & ad dexteram Patris ascendit, In medio pectoris subiungitur Amen, hoc est, sic sit in Veritate

MAGISTER AD DISCIPULUM

Breuis haec declaratio sanctae crucis ex sancto Euangelio de sumpta est, Inquit Jesus Christus, capite 16 Joh. Egrediens sum a patre (proinde in fronte dicis) in nomine Patris, Et ueni in hunc mundum (proinde in ventre dicis et Filij) Relinquo mundum & Patrem uado ad Patrem (propterea sinistram simul & dextrum tangens humerum dicis et spiritus sancti Amen)

Obtestor igitur vos omnes in Christo Jesu, ut mane surgentes vos ipsos munitis signo sanctae Crucis dicendo In nomine Patris, et Filij et Spiritus sancti Amen. Consilium tuo auspicio hodie vitam pristinam mutare & meliorem amplecti, quicquid autem uel hodie, uel reliquo tempore uita mea fecerim id omne in laudem, honorem & gloriam tuam tuo amore adductus facere aggrediar, excepto peccato, Rogo ut, ut me potius mortis afficiat si tibi sic visum sit, quam ut uel offendam quocumq; modo

Facta oratione de exercitijs suis cogitabis, honesta sint necne, et quidem si honesta fuerint, sedulo illa obito, si non fuerint, omittito quantumuis aliquid boni ex ijs provenire possit, Nam secundum P. Paulum, Non est faciendum malum ut perveniat bonum. Noctu similiter facias, & cruce te signabis, dicens, Dormitum est in nomine patris et filij & spiritus sancti Amen. Gratias vero tibi o Deus infinitas ago pro omnibus beneficijs, quae mihi me contulisti, confers et imposterum conferes, Permittit me peccatorum hodie & per totam vitam meam commissorum, & in animo habeo, tua gratia suffultus te amare, tibiq; servire usq; ad mortem.

Gibum sulphureus orationem dominicam & salutationem angelicam dicito, & signum sanctae Crucis facito. Id ipsum quoq; contra malas cogitationes, & quaecumq; periculum animi, vel corporis aditurus, adhibeto, Virtutem enim magnam habet sancta Crux contra Demones, tamq; summopere formidant, eo quod nostrae redemptionis memoriam continent.

MAGISTER ET DISCIPVLVS

M. quis es tu? D. Sum Christianus. M. quid significat nomen Christiani? D. Tria, Primo, Filium Dei, Secundo Fratrem Christiani, Tertio, haeredem caeli. M. quod nam est signum internum Christiani? D. Caritas fraterna, Inquit enim Christus, hoc ipso cognoscitur, vos esse discipulos meos, si vos mutuo diligetis, quod nomen dum ego dico, vos eximie scilicet & sancte. M. Quomodo est signum externum Christiani? D. Signum sanctae Crucis, & Confessio in Deum. M. Quomodo fit? D. In nomine patris & filij & spiritus sancti Amen. ✝

MAGISTER ET DISCIPVLVS

Quidnam promisit hoc nomine, pater tuus spiritualis in Baptismo? D. Fidem & renuntiaturus sum demoni & operibus eius, mundo itidem & illius delectationibus, Carni similiter & omnibus illius concupiscentijs. M. Declara mihi quae haec significent. D. Fidem intelligo crediti fieri Christo & sanctae matris ecclesiae. Demons opera

intelligit esse in cantationibus, Vanities, et similes res diabolicas, 237
namque suisque deliciarum appellatione comprehendendo choros carnis,
nes lascivas, ludis Vitiis, vestitum scissum, et luxuriosum, et similia
quaeque alia vana & deceptiva, per carnem intelligit vitia carnalia
Renunciemus autem carni quando corpus castigatur Jejuis, vigiliis
orationibus, abstinentia et consimilibus poenitentiae spectaculis,
opera vero carnis sunt ex auctoritate D. Pauli ad Galatas
Fornicatio, Immundities, Impudicitia, luxuria, Idololatria, Ve
nificia, Inimicitiae, Contentiones, Emulationes, Ira, Rixae, Dis
sensiones, Irascia, Invidia, Homicidia, Ebrietas, Gormesationes &
similia. M. quid est Fides? D. Fides est credere ea quae non
videntur, quia etiam credere & fateri omnia ea quae Dominus
noster Jesus Christus praecipit & sancta mater Ecclesia

MAGISTER ET DISCIPULUS

Quis creavit Caelum & terram. D. Dominus Deus. M. in quibus
diebus? D. Sex diebus, septimo autem quiescit. M. quomodo? D. U
nico verbo, Fiat, facta sunt omnia. M. quia scis istud? D. Per
fidem. M. Unde vero desumis. D. Ex symbolo. M. quomodo illud
se habet. D. Credo in Deum patrem omnipotentem creatorem
Caeli & Terrae, hoc dixit D. Petrus & est articulus primus.
M. Credis ne Jesum Christum esse filium Dei & Dominum
nostrum. D. Credo domine. M. quia scis. D. ex Fide. M. unde?
D. ex symbolo. M. quomodo illud? D. Et in Jesum Christum fili
um suum unigenitum dominum nostrum, hoc dixit D. Andreas
& est articulus secundus. M. Credis conceptum esse de spiri
tibus sancto & natum ex Maria virgine. D. Credo domine.
M. quia scis? D. Per fidem. M. Unde sumis? ex symbolo. M. quom
modo se habet symbolum, quomodo conceptus est de spiritu san
cto, natus ex Maria virgine, hoc dixit D. Jacobus maior
& est articulus Tertius. M. Credis ne passum sub praefectura
Pontij pilati, crucifixum, mortuum & sepultum. D. Credo do
mine. M. quia scis? D. Per fidem. M. ex quo loco? D. ex sym
bolo, M. quomodo se habet. D. Passus sub potestate Pontij pilati
crucifixus mortuus & sepultus, hoc dixit D. Joannes & est
articulus quartus. M. quomodo abiit anima Christi post mortem

D. In Infernum. M. quid facturum. D. sanctos patres re hymbolizati
bonarius. M. cordis illum resurrexit. Tertio die anima simul
& corpus glorioso et sum & hominem. D. Credo domine. M. qui
scis. D. Per fidem, M. quia auctoritate. D. Symboli. M. quomodo
se habet Symbolum. D. Descendit ad inferna. Tertia die resurrexit
a mortuis, hoc dixit S. Thomas & est Articulus quintus. M. quomodo
diebus dominus noster Jesus Christus in hoc mundo post resur-
rectionem suam ut fatus est. D. quadraginta diebus. M. post
quadraginta dies quoniam abiit. D. In Caelum. M. Unde hoc
sumis. D. ex Symbolo. de. ex quibus verbis. D. Ascendit in Coe-
lum sedens ad dexteram Dei omnipotentis, hoc dixit D. Jo-
hannes minor & est Articulus sextus. M. quomodo secundum
quod in Caelum. D. sanctos patres qui fuerunt in hymbolizati. Cuius
credis in venturum ad iudicandum vivos & mortuos in die
iudicii. D. Credo dominum. M. qui scis. D. Per fidem. M. Unde hoc
ex Symbolo. M. quomodo illud? qui venturus est iudicare vi-
vos & mortuos, hoc dixit D. Philippus & est articulus septimus
M. credis in spiritum sanctum & quod sancta Ecclesia regit
tur & gubernetur a spiritu sancto. D. Credo domine. M. qui scis
D. Per fidem. M. quomodo illam. D. Symboli. M. quomodo et verba. D.
credo in spiritum sanctum & in sanctam Ecclesiam Catholicam
hoc dixit D. Bartholomaeus & est Articulus octavus. M. quid est
ecclesia catholica. D. congregatio omnium fidelium, quorum alij
sunt in hoc mundo militantes, alij in purgatorio satisfactores
alij in paradiso triumphantes. M. qui nam sunt militantes?
D. qui in hoc mundo propter Jesum Christum servatorem suum
pugnant contra inimicos. M. Contra quos inimicos? Primus
est Daemon, secundus est Mundus, Tertius est Caro. M. qui
sunt satisfactores in Purgatorio. D. Illi qui in gratia Dei sunt
mortui, neque tamen penitentiam suam profecerunt, in purga-
torium abeunt & illic proficiunt, spem habentes inde et tunc
per misericordiam Dei & bona opera, que pro illorum ani-
mabus fiunt, ut sunt Missae, Officia, orationes, elemosinae, In-
dulgentiae & similia bona. M. qui nam sunt Triumphantis. D. San-
cti quoniam triumphant cum Jesu Christo in paradiso. M.

238

Credis hunc in hostia, & in vino legitime consecratis a sacerdote esse ve-
rum corpus & verum sanguinem Domini nostri Iesu Christi?
D. An utro credo, Domine, quia sic precipit sancta mater eccle-
sia. M. credis ne nos qui sumus absque peccato mortali; & qui
sunt in gratia Dei, participes fieri omnium bonorum, quae fiunt
in sancta ecclesia, ut sunt missae, officia, orationes, & similia bo-
na? D. Credo domine. M. quia scis? D. Per fidem, & M. Unde
sumus? D. Ex symbolo. M. quomodo habet symbolum? Communionem
omnium sanctorum, hoc dixit D. matthaeus & est articulus novus.
M. quod in anno obligatus est vir & femina peccata sua
confiteri & communicare. D. ad minimum semel per paschalis
caeterum per christum saepius & confiteri & communicare debe-
bant, quandoque saepe etiam peccata. M. credis ne Deum
remittere peccata & quod per sanctorum sacramentorum usum
legitimum saepe quoque remittantur. D. Credo domine. M. quia illud?
D. Per fidem. M. Unde? D. Ex symbolo. M. quae sunt verba sym-
boli? & missionem peccatorum, hoc dixit D. simon & est articulus
decimus. & M. credis ne omnes mortuos in die iudicii resurrecturos?
D. Credo domine. M. eos ne quoque qui a lupis & feris sylvestribus,
vel devorati, quique submersi a piscibus absumuntur, quique
comburentur, & quorum ossa variis in locis dispersa sunt? Credo
domine. M. Unde sumus? D. Ex symbolo. M. quid nunciat symbolum.
D. Resurrectionem mortuorum hoc dixit sanctus Taddaeus &
est articulus undecimus. Credo domine ne post vitam praesentem
esset alteram aeternam. D. Credo domine. M. quia scis? D. Per fidem
M. Unde habes? D. Ex symbolo. M. quid habet symbolum? D.
vitam aeternam, hoc dixit sanctus matthaeus & est articulus duo-
decimus, quomodo etiam sunt duo decim apostoli; M. credis
ne purgatorum esset post hanc vitam, in quo purgantur animae ei-
orum qui non fecerunt poenitentiam suorum peccatorum in hoc mundo.
D. Credo domine. M. credis ne animae in purgatorio possent adiu-
uari elemosinis, orationibus, Missis, officiis, & similibus bonis o-
peribus, quae adhibentibus fiunt pro ipsis in honorem Dei? D. Credo
domine. M. quae auctoritate credis? D. quoniam sanctum concilium
Florentinum sub regno quarto papa, & sancti doctores ecclesiae
sic determinaverunt. M. An utro credis sanctos in paradiso orare

pro animabus in purgatorio? D. Credo dominus. M. Quare. D. Quia
nam sanctus Augustinus in libro de cura mortuorum & similiter
D. Thomas quarto libro sententiarum inter cetera docentur. M. Credis
ne te nosdem sanctos apud Deum intercedere pro nobis in
hoc mundo viventibus. D. Credo utro domine. M. Quia
auctoritate & auctoritate s. Matris Ecclesie & sanctorum docto-
rum, quod cum consuetudinem & doctrinam sequor. M. Qui ma-
le faciunt & moriuntur in peccatis mortalibus, quoniam absum-
unt. D. In infernum, ibi manebunt in igni ardenti in eternum
M. Qui utro bene faciunt quo ibunt? M. In Paradisum ubi
cum summo gaudio & letitia perpetuo vivunt. M. Quibus de cau-
sis adductus haec credis? D. Dicitur in sancto Evangelio Matth.
Cap. 25. Ma. & quae sunt verba Evangelij Matth. D. ^{thunt} Qui ma-
la faciunt ad supplicium eternum, Justi utro ad vitam eter-
nam. M. Credis in Patrem, Filium, & spiritum sanctum? D. In
personas distinctas, unius tamen essentiae, unum solum Deum
D. Credo domine. M. Qui scis. D. Per fidem. M. Unde scis? Ex di-
versis locis scripturae novi & veteris Testamenti, & scilicet utri-
usque symbolo sancti Athanasij & in capite quicumque &c. M. Recte
michi symbolum Apostolicum. D. Credo in Deum patrem omni-
potentem creatorem caeli & terrae. Et in Jesum Christum filium
suum unigenitum, dominum nostrum. cui conceptus est de spi-
ritu sancto, Natus ex Maria Virgine, & passus sub Pontio Pilla-
to, crucifixus, mortuus, & sepultus, descendit ad inferna, ter-
tia die resurrexit a mortuis, ascendit ad caelos sedet ad dex-
teram dei patris omnipotentis inter venturos esse iudicare vi-
vos & mortuos. Credo in spiritum sanctum, & in sanctam eccle-
siam catholicam, sanctorum communionem, Remissionem pecca-
torum, carnis resurrectionem, & vitam eternam Amen.

M. Dic mihi qui sunt articuli pertinentes ad Patrem,
qui ad Filium, qui ad Spiritum sanctum. D. Primus
convenit Patri, sequentes sex Filio, quinque reliqui
spiritui sancto.

MAGISTER ET DISCIPULVS.

239

Quae est via ad Paradisum. D. Obseruare praeccepta Dei nostri. M. Quot & quae sunt illa? D. Decem. M. Recita. D. Adorare unum solum Deum. II. Non assumere nomen illius in vanum. III. Sanctificare festa. IV. Honorare patrem & matrem. V. Non occidere. VI. Non facere adhib in honestos. VII. Non auferre opes alteri. VIII. Non dicere falsum testimonium. VIII. Non concupiscere uxorem alterius. X. Non concupiscere opes & aliterius.

MAGISTER ET DISCIPULVS.

M. Quae est scala proueniendi in Paradisum. D. Opera misericordiae. M. Quot & qualia sunt illa? D. Quatuordecim, septem spiritalia, & septem corporalia. M. Declara. D. Dare bonum consilium petentibus. II. Erudire ignorantes. III. Consolari afflictos. IV. Corrigere peccatores. V. Condonare iniurias. VI. Infirmitates animi & corporis patienter ferre. VII. Regere Deum & amicos & inimicos, pro uiuis & mortuis. Corporalia autem sunt ista. I. Dare cibum famelicis. II. Dare potum sitientibus. III. Vestire nudos. IV. Hospitio accipere peregrinos. V. Liberare ~~de~~ captiuos. VI. Visitare infirmos. VII. Sepelire mortuos. M. De quibus rebus examinauit nos Dominus noster Iesus Christus in die iudicii? D. De duabus. M. Quae sunt illae? D. Opera misericordiae & uerba ociosa. M. Quae sunt uerba ociosa? D. Omnia ea quae neque in honorem Dei, neque in utilitatem proximi cadunt. M. Quae sunt clauis Paradisi. D. Praecepta legis gratiae & legis naturae. M. Quot sunt legis gratiae? D. Duo. M. Quae nam

illa? Q. Amare unum solum Deum, ex toto cor,
de nostro, ex tota anima nostra, ex tota mente
nostra, & ex totis viribus nostris. Secundum
aut amare primum sicut nosipsum. M. Quot &
quae sunt praecepta legis naturae? Q. Duo. M.
Quenam illa? Q. Non facere alteri, quod tibi
factum nolis, & facere alteri quod tibi factum
velis. M. Quando loquimur cum Dño Deo?
Q. Quando pronunciamus orationem Dominicam.
M. Quando loquimur cum beata virgine? Q.
Quando recitamus salutationem angelicam.
M. Quando loquimur cum sanctis? Q. Quando
~~dicimus~~ dicimus Letanias. M. Cuius fuit oratio-
nem Dominicam? Q. Iesus Christus. M. Cuius
illam proposuit? Q. Suis sanctis discipulis. M. Et
discipuli eius sancti quos docuerunt? Q. Populum
Christianum. M. Quot gratias petimus in o-
ratione Dominica? Q. Septem. M. Quae sunt
illae? Recense illas Latine. Q. Pater noster qui
es in caelis, sanctificetur nomen tuum. II. Ad-
veniat regnum tuum. III. Fiat voluntas tua si-
cut in caelo & in terra. IIII. Panem nostrum
quotidianum da nobis hodie. V. Et dimitte nobis
debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus
nostris. VI. Et ne nos inducas in tentationem.
VII. Sed libera nos à malo. Amen. M. Inter-
pretare illas lingua vernacula. Q. Pater no-
ster qui es in caelis, videt quot blasphemiae & quot
nomina vana sunt in terra. Sanctificetur nomen
tuum, agnoscat & glorificetur ab omnibus no-

men tuum, & tollatur a terra omnis blasphemia, ir-
ror, vanitas, superstitio inordinata & infidelitas.
Veniat regnum tuum, Nunc quoque regere & gubernare
nos, tu videtur enim quod nos non nos ipsos possi-
mus regere & gubernare. Fiat voluntas tua sicut in
caelo & in terra, ut cum ea pace amore & securi-
tate, & perseverantia tibi serviamus in terra, quemad-
modum tibi serviunt angeli, sancti, & sanctae in caelo.
Panem nostrum quotidianum supra substantiam Christi
domini nostri, da nobis hodie, Et remitte nobis
debita nostra, quoniam & nos remittimus illis qui
nos offenderunt, atque ad te nos precamur et roga-
mus ut illos bonos facias, & quia fragiles sumus, ne
peccemus, rogamus te, Ne nos dicas cadere in tentatio-
nem, ut plurimum enim semper succumbimus, neque enim
sistere possumus, & quod prius nobis, saepius per nos ipsos per-
camus, proinde ne similes nos cadere in tentationem, sed
libera nos a malo & a maligno tentatore, qui nos deorari
cupit, libera nos ab illo & ab omni malo, ne amplius pec-
cemus, libera igitur nos propter amorem Domini nostri
Iesu Christi. M. In gemulare & oratione saluta, Dominum
nostrum Iesum Christum. D. Domine Iesu Christe propter
gloriam sancti nominis tui & patris nostri, dona nobis
hanc sanctam benedictionem, & fac nos esse participes amoris
tuo quo complectis matrem tuam & universos electos
tuos, effice quoque ut obtineamus id quod tu nobis acquisisti
& benigne nos a te petere iussisti.

MAGISTER ET DISCIPULUS
No homo do docet nos Iesus noster Iesus Christus gratias
petere. D. quicquid petieritis patrem in nomine meo
recipietis.

MAGISTER AD DISCIPULUM

Nota quando dicit, Petite & dabitur uobis loquitur de re
bus bonis & absolutis de spiritu bono ^{et uult} ^{ut} petamus
constantiter, ad importunitatem usque, cum certa fiducia
consequamur deus, ut non per amicitiam, saltem per importuni-
tatem, ^{habetur} id apud Lucam cap. 11, ubi dicitur vim
posse inferri regno Dei neque meliendam esse indignita-
nem Dei circa hoc, quoniam res bone & spiritus Dei
bonus acquisitus, nos facit ei amicos. Ceterae quidem res
a Deo per importunitatem ex parte in perniciem petentis
a Deo dantur: iste uero loquitur Dominus no-
stris, talis sunt, ut per importunitatem & violentiam ac-
quisitae, nos faciunt amicos Dei, quod maius sumus
peccatores & hostes Dei eo magis opus habemus suble-
uante nos a peccato, a quos nos nostra sponte non pos-
sumus liberari, eoque magis oportet importunum esse, ut per
benevolentiam non possumus, per importunitatem
& violentiam optinemus, ut scilicet maximis nostris
peccatis immensa quoque illius gratia adueniat, &
per bonum ipsius spiritum a malo liberemur, &
spiritus potest ignorare & auferre peccato, potest tamen
regere & simul excitare ad opera digna homine christi-
ano, proinde nullus sit uestrum qui unquam intermittat
hanc petitionem

Scire debes salutarium a nequam consuetudine consistere
consuetudinem autem vim habere legis, & propter nequa-
ritatem tibi est & frequenter cum deuotione recitanda, ut possis
me tempore, quando campanae sonum ad hoc ipsum sum bonis ex-
citantur, mane uidelicet, Meri die, & uespere, fac etiam
ut preces horarias uirginis Mariae ad minimum simul in die
recitas, & tecum portes deuotionis causa.

irato

M. Quis fecit Ave Maria. D. Duæ personæ & sancta mater
 ecclesie. M. quæ sunt personæ istæ. D. Angelus Gabriel, qui
 fuit missus ab omnipotente Deo ad salutandam sanctam vir-
 ginem in Nazareth. Domini & scilicet sancta Elizabeth. M.
 Quid dixit Angelus. D. Ave Maria gratia plena, domi-
 nus tecum, tu es benedicta in ter mulieribus. M. quid
 dixit sancta Elizabeth. D. Benedicta tu supra omnes mulie-
 res & benedictus fructus & virtus tui. M. Quid dixit
 sancta mater ecclesie. D. Jesu sancta maria mater dei
 ora pro nobis peccatoribus, nunc & in hora mortis nostre.
 M. Quando loquitur cum sanctis. D. Cum dicuntur
 Litanie, dicitur enim sancte Petre, sancte Pauli,
 sancte Francisce ora pro nobis. M. Ut dicitur, cum
 alter alterum salutatur. D. Deus te faciat bonum,
 Deus te faciat sanctum, Deus tibi largiatur bonam
 fortunam, Deus te preseruet ab omni malo, Deus
 remittat tibi peccata tua, Deus concedat tibi
 suam gratiam, Deus det tibi Paradysum post
 mortem tuam. M. Quomodo alter alterum tanquam
 fratrem salutatur. D. Deus det tibi sanctam pacem
 frater charissime.

Alter respondet. Melius est promerere
 domini nostri dei gratia. Alter respondet. Sic
 gratia Iesu Christo, qui maiora in nos confert
 quam digni sumus. M. Quo salutandi modo uti
 debemus, cum domum ingredimur?

Q. Pax sit huic domui, & omnibus habitantibus in
ea. Inhabitantes domum respondeat. Ita sit. M.
Quis dedit tibi animam? D. Iesus. M. Quis dedit
tibi corpus? D. Iesus. M. Quis tibi dedit sensus.
D. Iesus. M. Quis dedit tibi tres potentias, videli-
cet, Memoriam, Intellectum, et Voluntatem?
D. Iesus. M. Quis vocavit te ad fidem Iesu Christi,
et ut baptizeris? D. Iesus. M. Quis effudit san-
guinem pro peccatis tuis, et universo mundo?
D. Iesus. M. Quis liberauit te à manu daemonej?
D. Iesus. M. Quisnam erit ille, qui dabit tibi Paradysum?
D. Iesus. M. Quisnam erit, qui puniet peccatores,
et male facientes, et his similes? D. Iesus. M. Quis
liberabit dominationem N. et omnem populum, et alias
provincias, à velle, peste, annonae caritate, infir-
mitate, et tribulatione? D. Iesus. M. Quis te loqui
facit? D. Iesus. M. Quis te ambulare facit? D.
Iesus. M. Quis te vivum conservat? D. Iesus. M.
Quis te compellit, ut eas ad Missam, Concionas, et
ut alia bona opera exercitas. D. Iesus.

MAGISTER AD DISCIPULUM.

242

Quot sunt beatitudines? *D. Octo. M. Recita breuiter.*
D. Matthaei v. cap. videns Iesus turbas in
monte, ~~proposuit~~ se ad sedendum, eaq; sedente
accedunt eum discipuli. Et incepit loqui, et instrue-
re eos dicens. i. Beati pauperes spiritu, nam eorum est
regnum caelorum. ii. Beati humiles, nam ipsi possidebunt
terram. iii. Beati qui lugent, nam consolabuntur.
iv. Beati qui patientur famem et sitim iustitiae,
satiabuntur enim. v. Beati misericordes, nam mise-
ricordiam inuenient. vi. Beati mundi corde, nam vi-
debunt Deum. vii. Beati pacifici, nam filij Dei voca-
buntur. viii. Beati qui persecutionum patientur ob iusti-
am, quoniam ipsorum est regnum caelorum. Beati
eritis, cum homines uobis maledixerint, et persequantur,
et dicent omne malum contra uos mendicantes, ~~propter~~ me.
Tunc exultate, et laeti estote, nam merces uestra copi-
osa est in caelis.

MAGISTER AD DISCIPULUM.

Quaenam sunt ieiunia mandata à sancta matre Eccl^{ia},
tra? D. Tota quadragesima, idest à die cinerum
usq; sabbatum sanctum, excepta die Domini ca. Qua-
tuor tempora anni, hoc est prima septimana quadrage-
simae, .i. primus Mercurij dies post cineres, item Venuris
et Sabbathi sequentis. Secundo in septimana Penthe-
costes, hoc est Mercurij dies, Venuris, et Sabbathi
sequentis. Tertio mense Septembri, .i. primus dies
Mercurij post S. Crucis, et Venuris, et Sabbathi sequentis.

Quarto mense Decembris, hoc est primo die Mercurij post
s. Luciae, et Veneris et Sabbathi sequentis. Vigilia
Natalis, Penthecostes, Assumptionis Dominae, et omnium
Apostolorum, excepto s. Philippi, & Iacobi, et s. Iohannis
Euangelistae, et vigilia natiuitatis s. Iohannis
Baptistae, et s. Laurentij, et omnium Sanctorum, et quan-
do vigilia aliqua in diem Domini cadit, ieiunandum
est die Sabbathi, & quando quis dubitat se ieiunare
non posse, recurrere debet, si potest, ad suum superio-
rem, id est ad Episcopum, et si ad eum non potest,
conferat se ad sacerdotem suum Parochum, per
dispensationem, et ut id commutat in aliud opus pium,
ut puta cibum dare pauperi, aut similia exercere
opera. **MAGISTER AD DISCIPULUM.**

Quinam sunt dies festi mandati? D. Natiuitas
Domini nostri Iesu Christi. Dies s. Stephani. Dies
s. Iohannis Euangelistae. Dies Innocentium. Dies
s. Syluestri Pape et confessoris. Circumcisio Domini nostri
Iesu Christi. Dies Epiphaniae Domini nostri Iesu Christi.
Dies Paschalis cum duob. dieb. sequentib.
Dies Ascensionis Domini nostri Iesu Christi. Dies Penthe-
costes, cum duob. dieb. sequentib. Dies solennitatis
corporis Domini nostri Iesu Christi. Dies natiuitatis, Annun-
tiationis, Assumptionis, et Purificationis Dominae ma-
tris Dei. Dies natiuitatis s. Iohannis Baptistae.
Quoddecim Apostoli. s. Laurentius martyr. Dedicatio
s. Michaelis. Solennitas omnium Sanctorum.

Dies S. Martini. Inuentio S. Crucis. Dies Dominica²⁴³
et festa quae Episcopi particulariter preceperunt in
Episcopatu & diocesi, ut obseruentur.

MAGISTER AD DISCIPULUM.

Qualia & quot sunt mandata sanctae matris Eccl^{ie},
sic? I. Decem. II. Recita breuiter. III. Obseruare
iuramentum. IV. Seruare festa. V. Audire
Missam. VI. Persolvere decimas. VII. Omnis sius
mas sius foemina sit, cum attigerit annus discre-
tionis, confiteatur oia sua peccata proprio sacer-
doti. VIII. Ut communice saltem semel per annum
ad Pascha festum, mas quattuordecim annorum,
foemina duodecim. Quod si citius inciperet bona
cognitio et reuerentia in illis vigere, ut puta
decimo anno, bene facerent, si ad communionem
accedere inciperent. Et ita dicunt Rodolus.
IX. Ne edatur caro certis diebus anni, nimirum
die Veneris, et Sabathi, & tota quadragesima,
quatuor temporum die, et viginti mandatis a
sancta matre Ecclesia. X. Ut in diebus qua-
dragesime abstineat a quibusdam cibis, ut puta
ouis, radicinis, utrum reliquis diebus quibus ieiun-
andum est, consuetudo locorum conseruata a sancta
matre Ecclesia est sequenda. XI. Habere notici-
am temporum, in quibus nuptiae celebrari nequeunt,

nec matrimonium perfici possit. x. Ne debi-
tum matrimonio postuletur certis anni temporibus,
verum cum postulatum fuerit reddatur.

MAGISTER AD DISCIPULUM.

Quot sunt eterna vite contemplationis? D. Septem
sunt, nimirum: i. Videre diuinam essentiam. ii. Hu-
manitatem Christi. iii. Unionem uerbi cum carne.
iv. Videre naturam angelicam. v. Videre congre-
gationem sanctorum. vi. Videre semetipsum glo-
rificatum cum corpore. vii. Videre animam propria
beata redditam.

MAGISTER AD DISCIPULUM.

Quot rebus anima beata reddita praedita est?
D. Duodecim, videlicet: i. Sanitate. ii. Pulchri-
tudine. iii. Gratia. iv. Gloria. v. Altitudine. vi. Magni-
tudine. vii. Magnificencia. viii. Dulcedine. ix. Cha-
ritate. x. Maiestate. xi. Sublimitate. xii. Ineffa-
bilitate.

MAGISTER AD DISCIPULUM.

Quot sunt sacramenta Ecclesiae catholicae Romanae?
D. Sunt septem, videlicet: i. Baptismus. ii. Confir-
matio. iii. Eucharistia. iv. Poenitentia. v. Extrema
Unctio. vi. Ordo sacer. vii. Matrimonium.

MAGISTER AD DISCIPULUM.

Quenam ex his magis una vice accipienda
sunt? D. Haec sunt: Baptismus, Confirmatio, Ordo
sacer.

MAGISTER AD DISCIPULUM.

Quot sunt peccata mortalia? D. Septem, nimirum:
Superbia, Avaritia, Luxuria, Ira, Gula,

Inuidia, et Accidia.

244

MAGISTER AD DISCIPULUM.

Quot sunt dona Spiritus sancti? D. Septem, videlicet: donum Sapientiae contra Luxuriam. Donum Intellectus contra Gulam. Donum Consilij contra Avaritiam. Donum Fortitudinis contra Accidiam. Donum Scientiae aduersus Iram. Donum Pietatis aduersus Inuidiam. Donum timoris Dei aduersus Superbiam.

MAGISTER AD DISCIPULUM.

Quot sunt peccata in Spiritum sanctum? D. Sex: i. Desperatio. ii. Praesumptio. iii. Impugnare veritatem cognitam.iiii. Inuidia gratiae proximi. v. Non inducere sibi in animum poenitentiam agendi. vi. Obstinatio mentis.

MAGISTER AD DISCIPULUM.

Quot sunt virtutes Theologicae? D. Tres: Fides, Spes, Charitas.

MAGISTER AD DISCIPULUM.

Quot sunt virtutes cardinales? D. Quatuor, nimirum: i. Prudentia. ii. Iustitia. iii. Fortitudo. iv. Temperantia.

MAGISTER AD DISCIPULUM.

Quot sunt sensus corporis? D. Quing, videlicet: i. Videre. ii. Audire. iii. Olfacere. iv. Gustare. v. Tangere.

MAGISTER AD DISCIPULUM.

Quot sunt potentiae animae? D. Tres: Memoria, Intellectus, Voluntas.

MAGISTER AD DISCIPULUM.

Quot rebus opus habet is qui volet bene baptizari? D. Tribus. M. Recita paulisper. D. Opus habet inten.

tionem q̄ velit bene baptizare, utputa intentionem &
voluntatem Christi, et sanctæ matris Ecclesiæ .
ii. Verba quæ proferenda sunt à baptizante, quæ
ita sonant: Baptizo te in nomine Patris, Filij, et
Spiritus sancti, Amen.

iii. Lauare oportet aqua simplici, licet turbida sit,
modo vim lauandi habeat, vel in fonte, vel flumi-
ne, vel mari, vel alio ~~quo~~ quouis loco ubi reperiret.
Hæc tria simul facienda sunt ab uno vel una.

MAGISTER AD DISCIPULUM.

Quinam possunt baptizare tempore necessitatis? Q.
Quilibet obseruans tria hæc supra nominata baptiza-
re potest tempore necessitatis, verum presente sacer-
dote nullus qui sacerdos non sit, baptizare potest,
nec presente diacono inferior aliquis baptizare
potest, licet subdiaconus sit, neq̄ subdiacono presen-
te ullus secularis laicus baptizare potest et presente
viro, mulier baptizandi facultatem non habet.
Ita ut ob hanc causam quilibet, qui bene baptizare
vult, necesse habet scire verba superius enarrata,
p̄ accidentia quæ accidere possunt, ne anima
perdatur. Et quando creatura bene baptizata fuerit
in casu necessitudinis, adhibitis rebus superius enar-
ratis, et postmodum moriatur, salutem consequetur.
Quod si supervixerit, primo quouis tempore sacerdoti
offerenda est, ut reliquæ sanctæ consuetæ ceremo-
niæ conficiantur.

MAGISTER AD DISCIPULUM.

Quot fructus edit sp̄s sanctus in homine habitante?
Q. Duodecim, scilicet: Reddit eum

patientem, benignum, modestum, laetum, longanimiter,²⁴⁵
mansuetum, continentem, pacificum, bonum, fidelem,
et castum.

MAGISTER.

Fili mi, volo, ut addiscas cum ad maiorem aetatem per-
ueneris

nam altercationis origo sunt inimicitiarum, expensae
ob has factae perduntur, tempus ~~frustra~~^{inutiliter} consumitur,
animus frustra affligitur, corpus omnibus diebus mole-
statum, multa et enormia peccata committuntur, bo-
na & utilia opera negliguntur. Et ij qui superiores se
putant

saepe inferiores sunt. Et licet
superiores euadant, attamen^{si} laborem, expensas, et
tempus inutiliter consumptum respiciamus, nihil acqui-
runt.

ad restitutionem veniunt. Et qui non satis fecerit, ma-
ledictionem à Deo consequetur, et in profundo infer-
ni à Dño Deo iam est iudicatus.

Modus dignè sanctificandi festum diem.

MAGISTER AD DISCIPULUM.

Quid faciendum est homini Christiano, ut festum sancti
fiat? D. Primum abstinere debet à peccato, et ab
omni seruilij opere. M. Quodnam opus est seruilis?
D. Opera seruilia sunt, quae non sunt principaliter in
honorem Dei, et proximi salutem, aut evitandi peri-
culi alicuius gratia, aut imminenti malij. M. Nostre
debet aliud quid facere in festo? D. Deinde decor
ut poenitentiam agamus ob peccata simpliciter
commissa, propterq; offensionem erga

Deum, nec respectu inferni, Paradysus, vel sue famae et honoris. Quapropter bonum est, ut, Sacerdos in Missa dicente Confiteor, quilibet corde confiteatur coram Deo omnia sua peccata, Deo dicente Kyrieleyson, omnes toto corde Dei misericordiam implorare deberent. M. Quid praeterea faciendum est? D. Tenetur ad minimum unum amoris ergo Deum ad hunc ostendere, in modum adorationis. M. Qua id ratione? D. Mente et corde elevato ad Deum, reuocando in memoriam ipsius bonitatem, sapientiam, potentiam, et reliqua infinita ipsius bona, et cordis magno affectu in hac vel his similia verba erumpere. O Domine tu solus summus es bonum, a quo omne bonum prouenit, tu summa es pulchritudo, tu abyssus es infinite dulcedinis, Deus meus, Dominus meus, Creator meus, lumen oculorum meorum, et ultimus finis creaturarum, tu es ille qui es, tu habes id quod habes, tibi amor ille, honor, et reuerentia, qua dignus es, exhibeatur, et des te praesertim alijs rebus te adorent, et ita te ego ego adoro. M. Num quid aliud faciendum est? Quarto gratiae agenda sunt Deo ob accepta beneficia, et id non ore tantum, verum etiam vita et corde. Quinto decet orare, et Deo sese commendare, audire Missam integram, audire conuersionem, quae magis necessaria est ignorantibus res ad

246

salutem pertinemus, licet respectu præcepti
Missæ magis sit necessaria, nec iocandum,
saltandum, et tempus inutiliter consumendum
est in foro, et alijs locis, crapula, nugis futili-
busq; rebus, alijsq; inhonestis et illicitis. P

Concio ad omnes fideles
Christianos, desumpta è li-
bro vitæ Dni nostri Iesu
Christi pro nobis crucifixi.

Dicit Dominus, timeate et honorate, laudate et
benedicite, agite gratias et adorete Deum
omnipotentem in trinitate, & unitate, nimirum
Patrem, Filium et spiritum sanctum creatorem
universi. Agite poenitentiam. Facite fructus
dignos poenitentiae. Et sciatis qd mox moriemini.
Date et dabitur vobis. Remittite et remitte-
tur vobis, et si non remiseritis, Dominus non re-
mitteret vobis peccata vestra. Beati sunt ^{qui} moriantur
in poenitentia, nam erunt in regno caelorum.
Vae illis qui non moriuntur in poenitentia, nam
erunt filij diaboli, cuius ipsi opera exercent,
et ibunt in ignem æternum. Evitate et abstinete
vos ab omni malo, et perseverate in bono usq;
ad finem. Iudæi signa petunt. Græci quærun-
t sapientiam. Nos verò quærimus Christum cruci-

cifixum. *Lugere, lugere, lugere, o plebs Chri-
stiana, tu nunc tempus est irae Christi, si non
omiseritis vitia et peccata, pompas et vanitates,
mox, mox castigabit Christianos, hanc quidem
peste, illam fame, tertium gladio, omnes lu-
xuriosi, raptores, gulosi, vagabunt per terram
et condemnabuntur ut in sempiternum crucientur
in inferno.*

FINIS.